



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**DE VITA || ET MORIBVS IGNA-||TII LOIOLAE,|| QVI
SOCIETATEM IESV || fundauit, Libri III.|| Auctore Ioanne
Petro Maffeio, pres-||bytero Societatis eiusdem.|| Ex
auctoritate superiorum.||**

Maffei, Giovanni Pietro

Köln, 1585

VD16 M 110

Eiusde[m] forma, & statura corporis. Cap. XV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68259](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68259)

& elegantia, verumtamē ad religionis nostræ vsus parum idoneam; Ignatius piam viri voluntatē utiq; accepit, egitque, vt debuit gratias, rem vero ipsam animo fidenti reiecit, quòd sibi cōper- tum esse diceret, non defuturum olim, qui templum nostris muneribus accō- modatum exstrueret. Quarum duarū præsensionum alteram Gregorij XIII. Pontificis Maximi summa, vt dictum est, pietas atque benignitas, alterā Ale- xandri Farnesij Cardinalis amplissimi eximia religio, & regia planè magnifi- centia cōprobavit. Alia item de Igna- tio miranda narrantur: quæ quia mihi haud satis explorata sunt, necesse non habui adscribere. præsertim quòd cla- rorū hominum sanctitas, non tam si- gnis atque miraculis, quàm caritate in Deum, & vitæ innocentia continetur.

Eiusdem forma, & statura corporis.

Cap. XV.

STatura fuit modica, grato & pleno dignitatis aspectu; colore inter albū & aquilum, exporrecta lataq; fronte, vivacibus oculis, oblongo & incurvo
na-

naſo, quam vel in primis certam prudētiæ notam metopoſcopi exiſtimāt. claudicauit nonnihil è vulnere olim in propugnatione Pompelonenſis arcis accepto, ſed citra vilam deformitatē; vt nemo fere niſi curioſus animaduerneret. Effigies circumfertur illius, non admodum ad viuum, vt familiares affirmant, ſiquidem ex mortui demum facie, gypſo imaginem expreſſere plaſtæ, quoniam ipſe, dum viueret, quamquam multorum precibus fatigatus, neque pingi neq. ſingi ſe paſſus eſt, omnibus in rebus humanæ gloriæ contemptor egregius, ac dignus proſecto, cuius vitæ ſanctimoniam præſtantiffimasque virtutes, pia poſteritas, tanti parentis memor, in omne tempus imiteretur & celebret.

Libro Societatis Ieſu Paderbornæ. 85.

F I N I S.